



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 133. Cameracum ultronea ditione Regi traditum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

rat; sub idem enim ferme tempus fama Sæcul. XV.  
ad eam perlata est, quod Rex opera ac A.C. 1477.  
studio Arausionensis Principis hasce Pro-  
vincias sibi subjecisset.

§. CXXXIII.

*Cameracum ultronea ditione  
Regi traditum.*

Interea Ludovicus XI. in Belgio occul-  
tas, versutasque artes suas impendere  
haud intermittebat. Evidem Sancti  
Audomari urbem ad ditionem sollici-  
tabat, sed eum spes sua fefellit; quippe  
Ludanus, semper privatis suis commodis  
intensus, Nobilium Ordini, qui Franciæ  
jugum velut pretio mercari videbatur,  
adeo immodicas leges præscribebat, ut  
Nobilium Deputati ejus arrogantiam  
summopere indignati soluto colloquio di-  
scederent. Nihilominus inter cunctos,  
quos Rex experiebatur, adversæ fortunæ  
casus nihil magis ejus dolorem leniebat,  
quam spontanea Cameracensis urbis &  
adjacentis territorii deditio; quæ Regio,  
quamvis arctis circumscriberetur limiti-  
bus, exigua tamen illius extensio oppor-  
tunitate loci abunde compensabatur.  
Urbs hæc olim Imperio parebat, eratque  
summa potestas penes Episcopos, qui ibi-  
dem sedem fixerant, licet regiminis curam  
cum Magistratu partirentur. Cum vero

Rr 3

cives

Sæcul. XV. cives suum Antistitem, cuius indulgentia  
 A.C. 1477. leges impune violabantur, graviter con-  
 temnerent, suosque Magistratus ut-  
 pote ad regiminis habenas ineptos vili-  
 penderent, de foedere ineundo cum Gal-  
 lis agere coeperunt. Hi, cum urbi pro-  
 ximus appropinquarent, ultro excepti  
 fuere, vicissim Galli salvis etiam Civium  
 privilegiis atque libertatibus, nequidem  
 regiminis normam immutarunt, jam con-  
 tenti, quod urbis moenia in suam po-  
 statem redegissent.

## §. CXXXIV.

*Consilia de connubio Burgundiaæ Du-  
 cissæ cum Riverio Comite.*

Omnium oculos mentesque admiratio  
 insolitæ tranquillitatis suspensas te-  
 nebat, qua Rex Angliæ tot Victoriarum,  
 quibus Ludovicus imperium suum vel  
 maxime augebat, cursum fistere minime  
 festinabat, quinimo nequidem æmulatio-  
 nis stimulo excitabatur, postquam Gallia-  
 rum Regem jamjam Regni fines versus  
 Caletum pretendere, & Bononiam, quam

*De la Tour.* a Bertrando de Turre Alverniæ Comite  
 loco Laurici agri in Comitatum erecti da-  
 tam acceperat, occupasse comperiebat.  
 Angli intempestivum hoc Regis sui otium  
 vehementer indignati sunt; ast Eduar-  
 dus, cui quietis dulcedo novi belli stre-  
 pitu